

et charitalem cum magna fortitudine coniunctas, de quibus hucusque egimus pro modulo nostro, sancti Patres singulari pietate, et eruditione prosequuntur: nam divus Ambrosius Ecclesiae lumen, et spiritualis Augustini pauper (lib. de inst. Virg.) inquit: *Stabat ante crucem mater, et fugientibus viris stabat intrepida. Videte utrum pudorem mutare potuerit Mater Iesu, quae animum non mutavit: spectabat pitius oculis vulnera, per quae sciebat omnibus futuram redemptionem. Pendebat e cruce filius, Mater se persecutoribus offerebat: et divus Augustinus (serm. 8. de pass. Dom.) ait: *Iuxta crucem stabat Maria, considerans vultu benigno Christum pendente in crucis patibulo: pedibus inutens, manus levabat amplexans crucem, ruens in oscula eius, quae parte sanguinis Christi unda rigabat, ut Christum valeret amplecti: cum non poterat, sursum volebat ascendere. Sperat amor nonnunquam quae raro fieri possunt sibi edere cuncta amor impatiens credit: volebat amplecti Christum in altum pendente, sed manus in se redibant: se laeans sursum e terra erigebat ad Christum, et cum tangere eum nequibat, manu collidebat ad terram, et iacebat immensitate doloris depressa; sed eum erigere magna vis amoris immensis compellebat, impetus amoris urgebat, intenseque manibus cupiebat attractare Christum. Cum vero vis non esset, deviclo dolore terram iterum petere cogebatur; haeculus d. Augustinus. D. Bonaventura (lib. cui. tit. stimuli. amor. cap. 4. de plant. Virgin.) haec tanti patris pietate digna scripsit: *Stabat iuxta crucem Iesu mater eius. O Domina mea ubi stas? nunquid iuxta crucem? immo in cruce cum filio cruciarius, ibi enim crucifixa es secum. Hoc solum restat quod ipse in corpore, tu vero in corde es passa; nec non singula vulnera pro corpore eius dispersa, in tuo corde generaliter sunt unita, quia nempe tuam ipsius animam gladius pertransieit. Tu Domina in tuo corde es lanceata, tu amarum clavem melavatam, tu de spinis coronata, tu illusa, et caprobrata, tu contumelias, et maledictis affecta, tu etiam felle, et aceto potata. O dulcissima Domina cur tristi immolari pro nobis? nunquid non sufficiebat nobis Christi passio, nisi crucifigeret et mater? o suavitissimum cor amoris, cur conversum es in cor doloris? Aspicio charissima Domina cor tuum, et tamen non est cor, sed fel amarum: myrrham, et absinthium video. Quaeo matrem Dei, et invenio spinas, clavos, lanceam, spongiam, et aquae acutum. In cruce quoque quaero Mariam, et invenio amaritudinem plena, quid fecisti? cur vas sanctitatis fecisti vas poenitentiae? vas tripudii, et amoris, fecisti vas contumeliae, et horroris? O castissima Domina, cur non eras solitaria in camera tua? quare ad Calvariae locum venisti? non erat tua consuetudo venerabilis Domina ad talia spectacula properare. Cur quaeso non te tenuit verecundia virginitalis? cur non te tenuit pavore multo? cur non te tenuit horror facinororum? cur non te tenuit turpitudinis loci? cur non te tenuit multitudo vulgi? cur non te tenuit delectatio mali? cur non te tenuit clamoris vehementia? cur non te tenuit armorum frequentia?***

*cur non te tenuit stultorum avaritia? cur non tenuit daemoniacorum calveria? Sed haec omnia non considerasti Domina mea, quia cor tuum alienatum erat a te prae immenso dolore. Non eras quippe in te, sed in afflictione filii, et in vulneribus unigeniti tui, in morte dulcissimi Iesu Christi. Non enim considerabas vulgus, sed vulnus; non pressuram, sed rauram; non clamorem, sed livorem; non horrorem, sed dolorem; haeculus divus Bonaventura. Accedit mellifluous divus Bernardus (serm. de Planet. Virg.) ubi haec scribit: *Stabat Maria levans brachia in altum, et cum tangere eum valuit, caput, manus, et brachia eius dependente truhebat super triste pectus suum; atque in oscula, et amplexus ruens, de suo dilecto, licet extincto, satiare non poterat. Sed dum de cruce in terram corpus depositum fuit, super ipsum ruens prae incontinentia doloris, et immensitate amoris quasi mortua stabat. Stabat ad corpus extincti filii sui Mater Maria lacrymis faciem rigans, ac per diversa torquebatur suspiria; frontemque, et genas, oculosque, et ora frequentius osculabatur ipsius; lacrymarumque tanta ubertas effluebat, ut carnem cum spiritu omnem in lacrymas dissolvi putares; haec ille. Insignis doctor Canisius de beata Virgine valde benemeritis (libro quarto de Deipara) ait: *Stabat fida custos, et mater anxia, se tota fide sustentans, dum cogitat nihil illic fortituro geri, sed volentem illud agnum, ut pro omnibus immoletur, in hanc carnis carnem esse tractatum, sicut oraculis prophetis erat pronuntiatum. Stabat ineffabilem anoris flammam mente recitans, quae filius eius arderet; tot hostium probris, atque iniuriis adeo non exasperaret, ut quidquid perdidi homines molirentur, id ultra illis omnibus condonaret. Uique summam illorum crudelitatem excusaret, ac pro salute sceleratissimorum sollicita precaretur. Stabat non sine stupore contemplans illam inexplicabilem Dei bonitatem, qui pro stravis filium in tam acerbum mortem traderet: et iustitiam, qui tam atroces ab innocente poenas pro sinitibus pendit vellet: et liberalitatem, qui scelerato mundo pretiosum illum donaret sanguinem, et copiosam unigeniti redemptionem, etiam ingratis sinitibus cuperet applicare. Stabat partim gratulabunda, quod filium tam gloriose certantem, hostesque omnes brevi victurum intelligeret: partim moerore quasi constrecta, quod solum calcantem torcular filium, et non humana modo, sed et divina quasi opeditulum, et undique suo conspersum sanguine, extremosque trahentem spiritus conspiceret: se vero hoc unico in terris thesauro suo fraudatum iri deberet. Stabat suae virtutis, atque constantiae, quae rebus adversis probanda erat, memorandum exemplum posteris praebitura, quod quidem nec tribulatio, nec angustia, nec periculum, nec persecutio, nec gladius, nec mors, nec vita, neque alia creatura illum separare posset a charitate Christi, cui mente punitus cohaerebat. Stabat sexu imbecillae, animo virilis, et intrepida, ipsis etiam Apostolis fortior, tanto licet impiorum, et immanissimum hostium agmine circumseptam, tantoque sanctae dilectionis igne succensa, ut neque Iudaeorum furor, neque militum avaritia, neque comprimentium***

*turba, neque doloris acerbitate a statione sua posset dimoveri. Rursus auctor Pomerii de b. Virgine (l. 3. p. 4. in pr.) haec valde pia ad nostram institutionem ex hoc lagubri Mariae mysterio colligit: sic enim ait: *Stabat iuxta crucem Iesu Mater eius. Quibus verbis charissimos nos docemur libere Dominum Iesum fideliter, et perseveranter diligere, sicut et istae sanctae mulieres omnibus aliis amicis, et discipulis fugientibus, Christo usque ad mortem adstiterunt. Nam fidelis amicitia est, quae in tribulatione non deserit, sed permanet etiam in tempore necessitatis, ut ait Solomon. Secundo docemur eas salubriter imitari: nam cum starent omnes noti Domini Iesu a longe, istae stabant iuxta crucem prope. Sic multi stant longe a Iesu, quia in peccato perseverant, longe autem a peccatoribus salus, id est, Iesus Salvator, ut dicit David. Sed iuxta crucem Iesu stant qui cruci vere praesentia adherent. Silemus charissimos imitando Matrem Iesum, et sanctas illas mulieres spiritaliter iuxta crucem, per penitentiam sequendo Christum, si volumus salvari, et cum Christo regnare, quia Dominus ipse Iesus ait Lucae (c. 14): *Qui non accipit crucem poenitentiam, et sequitur me, et non est me dignus. Denique tertio docemur pie, et devote passionem Domini Iesu, et dolores compassionis beatae matris eius contemplari, et oculis mentis intendo compati, et deferre, ac gratias agere pro tanto beneficio nostrae redemptionis. O vere spectaculum flebile, o mysterium admirabile, Deum verum innocentissimum virum in oculis suae maiestatis cruciatum pendere in cruce pro nostra utique salute. Et nos charissimos condoleamus, ploremusque cum sanctissima Matre Iesu Maria, cui sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.***

## HOMILIA IX.

*Beatam Virginem crucis adstantem, summum dolorem cum summa magnanimitate, in fortitudine contrmixisse, in illa eadem verba: Stabat iuxta crucem Maria Mater Iesu.*

Mirabilis hodierna die eventus nostris oculis spectandum proponitur: naturalis ordinis iura quae astra, et planetae regulari circum aeterna vertigine semper servarunt, violata conspiciunt. Nunquam enim, ut astrologi Ptolomaeo sequentes docuerunt, ut temporis momentum solem, et lunam, et lunam in aere, quae clypsum pati visum est. Debuit enim inter utramque clypsum spatium, quia clypsum solis non aliter evenit, quam tempore lunae novae, quando uterque planeta, sol, et luna versantur in capite, vel in cauda draconis, et luna media inter solem, et terram. Clypsus autem lunae nullo aliter evenit: debet enim terra mediare inter solem, et lunam, et sol esse in capite draconis, luna vero in cauda, ut astronomi unanimi consensu demonstrant. Hodie tamen Sol iustitiae Christus in

crucis solio, et Virgo ad eius pedes, quam lunam vocat Spiritus sanctus, eodem die pariter clypsantur. Vidit id Ioaël, visumque apertis verbis nobis contemplantur reliquit: *Sol converteretur in tenebras, et luna in sanguinem. Obtenebratus est Sol iustitiae Christus Dominus, continuo illud nigrescere incepit. Sanguine etiam induitur luna, Maria, nam cruci adstantes, decedentes sui filii sanguinis guttas excipiebant. Verum quid moror in re adeo perspicua comprobanda? nam si Ioannes vidit beatam Virginem, amictam solo, reliquum est, ut Sole iustitiae obscurato, lux obscuretur: Sole iustitiae clypsato, ipsa pariter clypsetur: cum illo induta incedat, iuxta illud divi Pauli (ad Rom. 13.): *Induit te Dominum Iesum Christum. De huius lunae clypsu sermone insituere hieronymus aggredditur. Faxit Deus, ut de tanto mysterio, caelestis aura favente, digna promamus.**

Quos hodierna die affectuum excessu temperare cupio, quos nonnulli Patres beatae Virginis valde addicti suo fervore ducti, de eius doloribus agentes eidem Virgini tribuerunt. Quidam eius tristitiam extolentes, constantiae illius derogant: *Cecidit seminortua inter brachia Magdalenae, dixit seraphicus noster Bonaventura (in medit. vitae Christi cap. 79). Alii opposita incedentes vita, dum constantiam, et virtutem effertunt, nec lacrymam effusidie opinantur. Stantem, inquit Ambrosius (de inst. Virg. cap. 3.), lego, stentem non lego. Qui tamen profundum tot angustiaram Oceanum tuto traiecit cupit, nec plancium, et moerorum beatae Virginis denegat, aut plunquam virili constantia praeditam fuisse diffidit. His duobus acerbi doloris, et invictae constantiae cardinalibus, aut polii tota haec nostrae orationis sphaera vertetur. Atque ut ab invictae constantiae virtute exordiamur, maximam eam in Virgine extitisse sacri Evangelii verba ostendunt, cum eam inter medios militum caecos, inter perstrepenles armorum sonitus slantem edisserunt (Ioann. 19): *Stabat iuxta crucem. Stabat cruci artissime adhaerens, caelestis illius vexilli quasi strenuus signifer, eximiam animi sui virilitatem, et virtutem manifeste ostentans. Probavit eventus illustres viros, aliquo ingenti robore praeditos, ut Caesares, et Pompeios, Helectores, et Achilles, quos prospera, vel adversa fortuna turbatos, imo, et humanae mentis usura aliquando destitutos reddidit. Quis tanta animi virtute emicuit, ut Iacob, qui contra angelum in aeream descendens, victor extitit? hic tamen orbatu nato, quamvis plures alii superstites essent, illi animo consternatus est, cum totius suae vitae annos ad tantam calamitatem deplorandam non sufficere iudicasset, in ea verba lacrymans indignus prorupit: *Descendam in infernum lignus. David etiam tantae strenuitatis, et fortitudinis vir, ut ursos leonesque disiceret, gigantemque Goliath nullis potentibus armis, sed sola funda decederet; unius tamen eiusque proclitoris filii Absalon morte ita commotus est ut vestes conderiderit, in incompotissimos eulatus proruperit, multaue alia a regia dignitate aliena praestiterit. Tandem quae maiori virtute emicuit,***



quam Petrus? quis maiori strenuitate praevaluit, quam Paulus? illum tamen gloria transfugationis illa turbavit, ut Evangelista id attestante, nesciret quid diceret. Paulum etiam, ad tertium usque coelum elevatum illa occupavit vacillatio, et perplexitas, ut an in corpore, vel extra corpus degenit, id sibi contigisset, prorsus eum lateret (2. Cor. 22.): *Raptus usque ad tertium coelum, sive in corpore, sive extra corpus nescio, Deus scit.* Ecce etiam felicissimi eventus validiores militantis Ecclesiae milles a recto sensu, certoque rei iudicio quodammodo deturbarunt. Quid de adversis dicam eventibus, qui fortissimos quosque facile superarunt? Hoc tamen est beatæ Virginis robur, hæc virtus, hic animus, ut cum unigenitum suum in ligno crucis affixum conspiceret, quasi immobilis columna cruci adhaereret. *Stabat iuxta crucem.* Adstabat quidem cruci beata Virgo, ut ad stare solet mater aegrolanti filio, cum sanguis ab eo elicitor; adeo tamen viriliter, ut non immerito ei congruat quod refert Paulus Iovius, qui ad explicandum aerumnosi cuiusdam hominis affectum ait, depictam olim fuisse marinam syrenem, cui hæc apponebant verba: *Contemnit tuta procellas.* Ita Virgo sanctissima tam extilit animo constans, tam in mediis calamitatibus invicta, ut melius in eam mihi convenire videatur subscriptio illa: *Contemnit tuta procellas.* Tranant sæpe mare cymbalæ quadam, quas si spiritus aliquanto gravior afflaverit, continuo hinc inde fluctantes conspicimus; verum excelsa navigia, quamvis contra ea ventorum flatus conspiciant, nec uni tamen, nec alteri lateri propendent, sed veluti immota persistent. Tobiae mater, David, Jacob, ita in filiorum morte turbati, cymbalæ quadam erant vento cuiuspiam vel modicum afflanti cedentes, verum Maria, facta quasi navis Institoris, navigium arcu excelsum, ventorum incurisbus minime commotum, sed debito suo loco persistens, *stabat iuxta crucem.* De insigni illa foemina Machabæa sacra Scriptura commemorat, quod foemineæ cogitationi masculinum animum inserens, septem filios ad martyrium fortiter sustinendum, singulari sapientia, et fortitudine hortabatur. In Respha muliere tantam animi fortitudinem, et virtutem Saul expersit, ut duos eius filios morte plecti libenter passa fuerit, ut Gabonitarum iniuriis satisfaceret. Si tanta ergo in his foeminis emicuit fortitudo, quantum in sanctissima Virgine emicuisse credemus, quæ, ut testatur divus Anselmus, si ei a Deo præceptum fuisset, ut arrepto gladio, veluti aller Abraham, unigenitum filium suum in ara crucis immolaret, alacri animo divinæ iussioni parere non dubitasset? etenim melius quam Machabæa proprium filium suum flammis tradens, Virgo suis manibus filium cruci affigere. Et si Respha, ut Gabonitis satisfaceret, charissimam filiorum pignora morti committere non dubitavit; certe beata Virgo ardenti inflammata zelo, ut aeterno Patri pro illata iniuria ex iustitiæ aequalitate satisfaceret, propriis manibus, si id opus fuisset, Christi manus, et pedes cruci affixisset: longe enim ab Virgine

imbecillitas Agar aberat, quæ cum filium suum quasi morti proximum cerneret, ad radices arboris illum prociens, discessit, ne illum animam exhalantem videret (Genes. 21): *Non videbo, inquit, morientem puerum.* Equidem Virgo semper cruci arbori adhaerens, suos oculos ad nati lumina coniciebat, donec ultimum efflavit spiritum. *Stabat iuxta crucem Maria.* Loquens Salomon de aeterna sapientia ait, semper illam in mundi creatione Patri adfuisse (Proverb. 8): *Quando præparabat coelos, aderam: quando certa lege, et gyro vallabat abyssos: quando aethera firmabat sursum, et librabat fontes aquarum: quando appendebat fundamenta terræ, cum eo eram cuncta componens.* Hæc verba sancta Ecclesia divino afflata Spiritu beatæ Virginis aptat, eique hodie mirum in modum consona videtur. Sicut enim aeterna sapientia in materiali mundi creatione Deum semper comitata est, sic beata Virgo unigenito suo in spiritali Christianæ recreatione semper adfuit. Contemplor Christum Dominum in cruce, velut peritissimum artificem in officina sua præconceptum opus designantem. Unde sicut artifex hic ad structuram necessaria parat, et alibi adificium erigit; sic Christus in cruce coelos præparabat, sanctos nimirum calixbe, et adamantem affabrefactos, ut eos in triumphantis Ecclesiae structura constitueret. Tunc certe Virgo ei adstabat: *Quando præparabat coelos, aderam, cum divinus hic legislator inferno, et daemionibus leges præscribebat, ne vel modicum illi in vivo operarentur.* *Quando certa lege, et gyro vallabat abyssos, aderam, cum in coelis angelos constabileret, qui, ut Bernardus (serm. 22. in Cant.) testatur, ex Christi meritis in gratia confirmati sunt, et luciferum devicerant.* *Quando aethera firmabat, aderam: sursum cum sui sanguinis virtute nostras lacrymas roborabat, ut vim haberent nostrorum peccatorum maculas abluendi.* *Quando librabat fontes aquarum, aderam, cum tribus clavis instabilia mundi fundamenta, quæ sunt voluptas, honor, et divitiæ, velut statera ponderabat.* *Quando appendebat fundamenta terræ, aderam, et cum eo eram cuncta componens, pariter tamen summo dolore ei compatiens, pariter Mater decebat; ut non obscure indicat Evangelista: *Stabat iuxta crucem Maria mater Iesu.* Cum enim mater unigenitum suum tam crudeli, et opprobriosa defunctum morte conspiceret; quomodo non summo dolore aegeretur? sicut enim nullus amor materno amori comparandus est sic; nec ullus dolor materno aequat, cum filio mater orbat. Unde divus Augustinus (de Civit. Dei cap. 10) dicebat: *Amor meus quantus est in possidendo, tantus dolor est in amittendo.* Narrat historicum, Demonsthem maximis eulabibus ob defunctum filium lacrymatum; quem cum familiaris quidam argueret, quod ex sua philosophia nihil in hoc proferret; respondit philosophus: *Paterni affectus, et amoris es ignarus.* Ac si diceret: nescis quid paternus amor in filios possit: quod si novisses, nequaquam me argueres. Vim hanc materno amoris, quam natura indidit genitricibus, aperte satis ostendit industria illa sapientissimi Salomonis, qui*

contendentibus duabus matribus super eodem filio, ipse sententiam tulit, ut infans divideretur, et unaqueque dimidiam illius partem haberet. Tunc quæ falso matrem se venditabat, continuo acquievit dicens: *Nec mihi, nec tibi, sed dividatur;* altera tamen, quæ veræ mater erat, aegre ferens præ amoris magnitudine infantem trucidari, instanter rogabat, integrum alteri adjudicari. Ex quo materno affectu, et in propriam sobolem innato amore, facile Salomon deprehendit, veram illam esse illius infantis matrem. Hoc idem egregie elucidat, quod sacrum narrat eloquium (Genes. 22), cum vellet Deus experiri quanta cum dilectione Abraham prosequeretur, ius dilectum filium Isaac sibi immolari (c. 22): *Tolle filium tuum, quem diligis Isaac, et offer illum michi.* Noluit amorem experiri in erogatione nimirum, non in morte charæ uxoris, non in honoris iactura, sed in proprii filii necesse; quem si paratus esset occidere, Abrahami dilectio erga Deum mirum in modum eluceat, et reipsa contigit. Unde Dominus dixit ei: *Nunc cognovi quod timeas Deum.* Sed rogo Domine, num hæc in re tantum amici tui dilectio nota tibi est? nonne hic vitam suam universam in tuo famulatu transegit? nonne patrios lares destituit? nonne substantiam suam pauperibus pro te erogavit? nonne iussu tuo Chaldaeorum noxam ingressus est? non id diffiteor. Ceterum omnia heroica illius opera illud solum, quod dilectum filium suum neci tradiderit, longo intervallo superat, idque excellentius ardentem eius erga me amorem indubitanter ostendit. Hinc clare licet colligere, quod sicut beatæ Virginis amor erga filium ita præcelluit, ut omnem aliam maternam dilectionem longe excederet; ita eius dolor ingens adeo, et acerbis extitit, ut materno ceteros dolores de filiorum obitu maxime superaret; cum magnitudo doloris ex amoris magnitudine dignoscenda veniat. Sed quomodo quæso pia mater a dolore, et lacrymis se abstinere, quæ filium suum dilectum in tam elato stipite affixum videbat, ut nullo solaminis genere eum reficere valeret; adeo ut nec aquæ potum ad extinguendam sitim ei porrigere posset? Videor mihi Virginem beatissimam nunc loquentem audire: *Deus cordis mei, quam bene mors tuæ natalitatis respondet, aperte vitæ tuæ primordia cum vitæ extremo neclis? Si nasceris, laces in stabulo; si moreris, in Calvariae interquilinio; si nascenti tibi canabula fuit præsepe, morienti calcitrans, et pulvis dura exhibitur crux; si mundum ingrederis, inter duo animalia laces, non accubas moriens inter duos latrones. Congruunt quidem natalis tui exordia vitæ tuæ extremis. Moerens fui in Bethleem, sed acerbis moerens nunc in Calvario monte: illic enim le vivum inter brachia amplexabar, lacte mei pectoris cibabam, veste mea infantile corpus fovebam; at nunc, non inter brachia piæ matris, sed inter brachia crucis crudelis novercæ detineris, nec permitteris materis officii inserviri. O quam optarem, non dicam meis vestibus, sed mei*

cordis febris nuditate tuam contegere. O quam mihi pergratum esset, dilecte filii, saltem indumenta mea dilacerare, et iis, velut fasciis, tua vulnera circumligare. Verum neque ad pium hoc opus exerendum matri erga filium adeo consentaneum, facultas datur. Sed ad te, o aeternæ Patris, querulum sermonem convertero: ergone patris matris huius cor ita angit, nec solamen aliquod præbuit? an leges, quas sanxisti, non reoolis? Lege tua præscriptum lego (Deut. 14): *Non copes haedum in lacte matris.* Cur ergo patris hodie filium in matris lacrymis, matrem in filii sanguine coquit? Prohibet lex, si bene meminit, volucrum matrem, et pullos eius simul occidi (Deuter. 22): *Si ambulans per vitam, in arbore, vel in terra nidum avis inveneris, et matrem pullis, vel ovis desuper incubantem, non tenebis eam cum filijs, sed abire patieris; captos tenens filios, ut bene sit tibi.* Cur ergo uno die, immo et uno crucis gladio mater animam, et filii corpus transigi permittit? Nonne etiam lex iubet, filium coram matre non immolandum, ne mater angatur (Levit. 24)? *Non immolabitur ovis cum filio suo.* Cur igitur agnus mansuetus coram matre eius in cruce hodie immolatur? cur leges, quas cum brutis animalibus inviolatas esse præcipis, necum violantur? nonne tandem immutabilis es tu Domine (Malach. 3)? *Ego Deus, et non mutor.* Si ergo olim pium adeo te exhibebat, ut cum immolabantur animalia, iuberet non pauca instrumenta musica resonare, ne mater immolatorum filiorum lugubres voces, et eulabius audiens, graviter angerebatur. Cum igitur tanta tibi de animalibus cura sit, ut quid de me non cogitas? cur musica mihi non personam instrumenta, ne filii cum lacrymis clamorem, et eulatum conituncium percipiam (ad Hebr. 5): *Cum clamore rulto, et lacrymis exauditis est.* Cur igitur angitur, quæ eorum hunc non meretur? respondet divus Ioannes Damascenus (lib. 4. de fide. cap. 19), amicum Dei dolores in hac vita indispensabiles esse, quia debent configurari Christo crucifixi; et ideo licet beata Virgo dolores in partu non pertulerit, id non fuit ex dispensatione, sed per commutationem, quia quos parturicus dolores non sentit, cruci assistens sustinuit; et lacrymarum tributum, quod in Bethleem non persolvit, in monte Calvariae iuxta crucem reddidit: *Stabat iuxta crucem Maria mater Iesu.*

Verum quod dolores Virginis mirum in modum auxilium illud fuit, quod nobiles illi viri Nicodemus, et Ioseph ab Arimathea Christi Domini vulneratum corpus a cruce deponentes, inter Virginis matris brachia locarunt: cuius nec cor valebit concipere, nec lingua effari doloris acerbitalum, cum tunc Mariæ præcordia transverberavit? Conspiciebat filium a planta pedis usque ad verticem capitis, contigique ei, quod columbæ accidit tempore diluvii, quæ ex arca a Noe dimissa, non invenit ubi requiesceret pes eius. Meditabatur beata Virgo, velut columba, lacrum Christi corpus, et undique vulneratum illud reperiebat. Si caput conspiciebat, acutus illud spinis confossum videbat: si oculos, eclipis obscuratos: si os, felle ama-



ricatum: si manus et pedes, clavis confossos. Non inveniēbat, ubi requiesceret pes eius; et ideo prae doloris magnitudine haec verba promebat: Fili cordis mei responde mihi, quis te delurpavit, angelorum pulchritudo? quis te languere fecit, flos campi? quis te exsiccavit, fons aquae vivae? quis te amaricavit, animarum dulcedo? quis te eclypavit, Sol iustitiae? quis te obumbravit, Patris speculum? quis succidit tui corporis telam, quam ego meis visceribus ordita sum? quis formam, et speciem elegantissimam tibi abstulit, pretiosissime Agnus Dei, quo ego virgineum pectus ornabam? quis librum dilaceravit corporis tui, quem in mei uteri officina aptaveram, in circuncisione rubricaveram, quem laboriosus totius vitae decursus compresserat, et vitis cocineis purpurei sanguinis carnificum rabies perpolierat? quis tandem, fili mi, morte punire ausus est auctorem vitae, Creatorem coeli, et terrae, et universorum Dominum? Amoris sane haec audacia fuit, haec febris ardens, quae antequam quantum attingeret diem, sanguinem universum effundere compulsi, et vita privavit. Verum cum deinde filii caput mater impensius contemplantur, videns comas vellicatas, quibus si Absalonis capillos comparasses, vepres, et spinas dixisses, non crines, dicebat: Quis divine Nazarene, aureas comas tuas avulsit? responde mihi: irruerunt Philistim in me mysticum Sampsonem: *Philistim super te Sampson*; et in Dalila sinu dormientem comas abstulerunt. Videbat mater in filii capite spinas nonnullas contractas, illasque evellere tentabat, sed ab incepto desistebat, ne vulnus auget. O caput, subiungebat, spinis coronatum, cui aureum sertum debebatur, ut regi: vel laureum certe, ut victori in hoc tam cruento praelio; ita sane est pia mater. Verum, cum ipse sim semen illud ab aeterno Patre satum in hoc mundi agro, qui nos aliud, quam fructus, et spinas germinat, adeo istae creverunt, ut ad caput etiam meum pervenerint (*Luc. 8*): *Ecortae spinae suffocaverunt illud*. Videbat mater flagellorum, et vulnere livida quaedam, alia cruenta signa, et secum ipsa dicebat: quis te coeli laetitiam, dolorum ficebat: expressum simulacrum, ac vivam imaginem? in Pilati certe officina formata fuit, ipse tanquam hulus operis perfectus artifex, formam exhibuit. Crudeles ministri, qui eam effludere, Iudaei extiterunt: clavi, penicillius: mei sanguinis coccinum, colores fuerunt. Haec cum filio beata Virgine sacra iniente colloquia, duo illi nobiles viri Ioseph ab Arimathea, et Nicodemus linteo Christi Domini corpus velarunt, ne pia mater tam acerbo dolore propriis oculis filii ulcera contuens diutius angereetur: tempus enim iam erat, ut Christi corpus sepeliretur; qui sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.

## HOMILIA X.

*Christum Dominum e cruce depositum suscipit sacra Virgo in gremio suo; et quae tunc materna pietatis officia ei praestiterit, enarrantur; sed prius de constantia eius in cruce ex ardentis amore in Christum orta, varia eruditione disseritur.*

In eo valde effulget magnanimitas, ac invincibile robur Mariani pectoris, quod cum aliquoties foeminae pro imbecillitate muliebris conditionis soleant, vel intactae, umbra sola gladii intulit, tumultuare, et velociter fugere; Maria tamen non solum per medios enses, armorumque militum agmina, ut dilecti filii mortui dedisset, irrupit, sed et acutissimo crucis gladio anima eius confossa, viriliter stabat intacta crucem. Et quamvis solita non esset per plateas vagari, sed hominum consortia fugere, a multitudine populi longe se sequestrare, ut Virginem honestissimum decebat; vis tamen amoris illam compulsi, ut quaereret intrepidam, quem diligebat anima eius, ut Salomon in persona eius praedixerat (*Cant. 3*): *Surgam, et circulo civitatem, per vias, et plateas quorum quem diligit anima mea. Nullis sane verbis explicari potest quanta sit vis, et audacia amoris ad difficilia quaeque superanda. Plutarchus in vita Marci Antonii Cleopatram Aegypti reginam, tam ardenti Marci Antonii amore flagrasse refert, ut assumpto ancillae habitu, quo regiam maiestatem simularet, in mediis caliginosae noctis tenebris per vias civitatis illum quaeritaret: cui persimile est illud, quod Lucanus (*lib. 5*) de Cornelia Magni Pompei uxore his versibus cecidit:*

Fida comes magni vadit duce sola relicto  
Pompiliumque fugit.  
Atque inaseta quies tui, nudumque marito  
Non haerent latus, somno quam saepe quata  
Deceptis manibus Bacchum complexa emulsi.  
Atque oblitam fugae quaesivit nocte canitile.

Ovidius etiam (*lib. 4. Metam.*) inveneam describens sponsam amantem, heroica haec carmina scripsit:

Callida per tenebras versato cardine Thyse  
Egreditur, fallitque suos, adaperaque vultum.  
Pervenit ad tumulum, dictaque sub arbore sedit.  
Audacem faciebat amor.

Si tanta ergo noscitur esse vis, et audacia naturalis amoris; nemo mihi inficiabitur, intrepidum, et audacem magis esse amorem divinum, et supernaturalem, qui omnem facultatem naturae longe transeendit. Unde cum flammis illius Maria semper arderet, certe quod tragicus Seneca de amoris audacia loquens scripsit, aptius quam illi, amanti Mariae congruit:

Non me per altas ire si iubeas nives  
Piscae, gelatis ingredi Pindi iugis:  
Non si per ignes ire, et infesta agmina,  
Cunctor paratis ensibus pectus aras.

In eam etiam recte conveniunt, ut profana in sacra veritatem, quod Ovidius cecinit:

Ipsa comes veniam, neque me saepebrasa movebrunt  
Saxa; nec obliquo deute timendus aper.

Alciatus tandem, ut magnam hanc amoris vim ad vivum exprimeret, depinxit fulgur per aera volitans, quod amor insequens, et facta in illud sagitta ipsum confodiens, penitus assumpsit: quo amoris ignem longe omnem a lium superare non obscure indicavit. Alque hinc est, quod hanc amoris vim considerans divus Petrus Chrysologus (*serm. 147*) non veritus est dicere: *Amor enim ignorat iudicium, ratione caret, modum nescit: amor non accipit de impossibilitate solatium, non recipit de difficultate remedium*. Cum igitur tam aestuanti amore in Christum arderet Maria, ingens illa vis amoris eam impulsi, ut omnes vincens difficultates morientis filio virili animo adstaret. Commemorant historiographi duplex mirabile spectaculum. Primum est Cresi inter reges opulentissimi, qui ad tormenta victis post terga manibus ducebatur: secundum praebuit Romanis insignis illa Zenobia regina Palmyrenorum, quae variis virtutibus, praecipue vero castimonia illustris, ab Aureliano aeneis ligata catenis in triumphum ducta fuit. Sed gloriosior sane mihi videtur triumphus amoris, cum pariter Christum catenis ligatos in triumphum palam produxerit in medio montis Calvariae: spectaculum sane angelis, et hominibus omnium mirabilissimum. Heroicum pietatis facinus nunc in virili foemina cerno: quis enim unquam, aut magis fortem Maria, aut maiore constantia praeditam mulierem vidit? invictae certe fortitudinis est opus, quod sacratissima Virgo patienti Christo assistat: quod morientem conspiciat: quod in cruce mortuum non derelinquat: commorienti commoriat, et cum crucifixo quodammodo crucifigatur. Unde recte mihi videtur Christo, et Virgini convenire ingeniosa inventio illa, quam refert Henricus Schualem (*in Aphorismis hieroglyphicis*), qui depingit duas faces vinculis constrictas, quae partem accensam sursum erectam habentes mutuum amorem indicabant; deorsum vero inversae ipsorum amantium mortem, et funus protendebant. Ita sane Christus, et Maria ardentem faces erant, quae sursum coelum versus per contemplationem erectae, ardentisque charitatis flammam emittentes, amoris symbolum erant; inversae vero versus terram per abiectionem, et despectionem, mortis, et funeris simulacrum adumbrabant. Quia vero Christo moriente, Maria etiam quasi mortuam se putabat, utque magis Christi vita, quam sua viveret, poliorique iure, quam Paulus (*ad Gal. 2*) dicere valeret: *Vivo ego, iam non ego, sed vivit in me Christus*. Unde sicut Christo mortuo quodammodo ipsa moriebatur, ita illo sepulto

quodammodo consepeliebatur, ut sanctae Birgittae ipsa in haec verba revelavit: *Vere dicere possum, quod sepulto filio meo quasi duo corpora in uno sepulcro fuerit*.

Verum ut iam ad depositionem corporis Christi mortui ex cruce propius accedamus: qua ratione contigerit, nullibi minutatim adeo, et exacte descriptum reperio, quam (*lib. 2. reuel. eiusdem Sanctae Birgittae*), ubi haec verba lego: *Nicodemus, et Ioseph, qui filium meum deponant de cruce, tres applicabant scalas: una protendebatur ad pedes, secunda subius ascellas, et ad brachia; tertia ad medietatem corporis. Primus ascendit, et tenebat eum per medium: secundus ascendens per aliam scalam, excussit primo unam clavum de uno brachio; deinde applicata scala excussit clavum alterius manus; quia quidem clavi longe ultra stipitem crucis protendebantur. Descendente igitur illo, qui tenebat otus corporis, paulatim, et modice prout poterat, ille alius ascendit scalam, quae tendebatur ad pedes, et excussit clavos de pedibus; cumque appropinquaret ad terram, unus eorum tenuit corpus per caput, alius per pedes; ego vero, quae mater eram, tenui cum per medium. Ecce iam adimpletum desiderium, quod beata Virgo ardebat suscipiendi in gremio suo corpus dilecti filii; sed et completi etiam indicibiles dolores eius, adeo ut merito ad illum respiciens Sponsus dixerit (*Cant. 2*): *Sicut liliam inter spinas, sic amica mea inter filias hominum*. Amica haec inter filias sacerrima Virgo fuit; mulierum omnium maxime afflicta, et tribulationum spinis obsessa; ita ut sicut Assuerum regem legimus in caput Esther coronam imposuisse, sic Dominus iustus Christus spinam coronam in beatae Virginis capite imposuit, cum dolores, quos ipse tulit, ipsa pro compassionem sustinuit. Liliam inter spinas nascitur, hispidisque aculeis, liliis hastilia recrudescunt; et quo magis crescit plantula, eo densiores, eo duriores spinae concrescunt, multoque plures spinae, quam lilia cernuntur. O lilia, o spinae: lilia gratiarum, lilia tribulationum: benedicta Maria sanctificatur, in liliam: benedicta Virgo patre orbat, in spinam: beatissima Virgo in templo offertur, in liliam: beata Virgo ieiuniis, ac vigiliis se affligit, in spinas: ab angelo salatur, in liliam: turbari videt Ioseph, in spinam: Christum Virgo parit, in liliam: reclinat in praesepe, quia non erat et locus in diversorio, in spinam: magos Christum adorantes cernit, in liliam: sed fugit in Aegyptum, in spinas: Christum vidit miracula facientem, in liliam: sed eundem amarulentis odiis exceptum dolet, in spinas: tandem ac quo crescit liliam in Christi passione, ac morte, eo magis multiplicatur, ac recrudescunt spinae. Sed miror liliam constantiam, licet enim spinae constantes, et acutiores, et valentiores sint, liliam tamen consistit immobile, coelique influxu nutritur. Contemplantur Deipara dilectum filium tam dire percussam, ac tam turpi morte occisum, et immenso dolore conficiebat. Narrat Plutarchus (*in suis Apotehymis*), insignem regem Lacedaemoniorum nomine Agis, non alia ratione a subditis fuisse occisum, nisi quia effraena-*



tos hominum mores compesceret, ac perditam rempublicam ad meliorem vestri revocare tentasset. Postquam autem illum occiderant, ad matrem deliquerant, quae in gremio suo illum recipiens summo dolore confecta dicebat: *Hæc fili mi, nam tua bonitas, nimia mansuetudo, et humanitas, te simul, et nos perdidit. Hæc et similia potiori iure credimus protulisse beatam Virgineam, cum in brachiis suis continebat Zelatore domus Dei, qui dicebat (Psal. 68): Zelus domus tuæ comedit me; et brachiis suis amplexaretur eum, qui non ob aliam causam occisus fuerat, nisi quia vita increpabat, et incompósitos hominum mores componere satagebat. Mirae certe pietatis facinus sine dubio fuit, quod Respha cadavera crucifixorum filiorum custodiverit a tempore messis hordeaceae, usque dum stillaret e coelo, idest, a mense maii usque ad mensem septembris, abigens per diem aves, et per noctem bestias, nec permittens eas lacerare corpora filiorum. Ad beata Virgo Christi corpus e cruce deponi curavit, et ut ex Melaphraste tradit cardinalis Baroni- us, propriis manibus ad depositionem filii ex cruce inservivit, depositumque suo gremio excepit: praemortui filii oculos clausi, os compositi, vulnera exploravit, osculata est, lacrymis rigavit, atque omnibus pietatis officiiis prosecuta est. Sed nunc liceat mihi interrogare, quis sapientissimum Virgineam nobilissimum filii sui corpus sine sustentamento videat, et statim non agnoscat magnum in eo, atque mirabile mysterium contineri? si enim sapientissimi Archimedis tantum potuit ingenium, ut circulos, sphaericosque globos manu contrectans vitreis globulis, sphaerulis, coelestium orbium motiones, astrorum cursus, syderum errantium constitutiones expressit; quid de rega Deipara sentientium erit, quae Archimedem ingenti laude eo altius superavit, quo ipsa non tantum humano artificio, quam Dei dono sapientiam hausit? dum non aeneos circulos, non vitreos globulos, non sphaeras ligneas; sed sacram corporis Christi sphaeram, Spiritus sancti virtute efformatam, manibus contrectat, singula vulnera, velut astra demonstrans; ad quae peccatores respicientes, mores suos componant. Huc accedat superbus, et videat caput Christi inclinatum, ac spinis ignominiose redimitum: accedat voluptatis amator, et aspiciat corpus undique vulneratum: accedat avarus, et contempletur manus adeo liberales, et Dei sanguinem effundant: accedant peccatores omnes ad fontem lateris percussi, ut abluantur, et inde rerum coelestium amorem, ac terrestrium despectionem hauriant: accedant denique iusti, et creatori suo mortuo compassionis affectu commoriantur, ardentemque cupiant sanguinem, et vitam, sicut ille, pro eo effundere. Si enim, ut ait divus Augustinus (in *Manu. cap. 3*), nihil dilius, nihil acceptius bona voluntate, quae Deo offertur, qui enim efficacem voluntatem habet pro Christo moriendi, cum Davide ex- clamare potest (Psal. 53): *In me sunt Deus vota tua, quae reddam laudationes tibi*; hoc est, ut exponit divus Gregorius (hom. 3. in *Evang.*): *Et si exterius munera offerenda non habeo, tamen intra memetipsum invenio, quod in ara**

*tuae laudis impono. Et quidem si in malis coram Deo efficacis voluntas pro facto ad culpam, et vindictam reputatur; quanto magis in bonis efficacis voluntas factum supplevit ad meritum, et praemium, cum promptior sit Dominus ad beneficiendum, quam ad puniendum?*

Porro tria iam nobis exploranda restant magna observatione digna, quae beata Virgo praestitit, dum in gremio suo mortuum prolem continet. Primum est, quaenam pietatis officia illa erga vulneratum Christi corpus praestiterit. Corpus dilanatum summa religione contrectat, ossa dinumerat, pellem, carnemque pendentem, propriis locis restituit, sanguinem restringit; et ut ait Eudoxia in Homeri centoni- bus:

Circa autem filium charum iccit cubitos lacry-  
mans.  
Osculata autem est ipsum, capiteque, et oculos  
(pulchros,  
Mansque ambas, calida autem ipsi dedit lac-  
ryma.

Deinde spinem diadema capite impressum, ac carne infixum suis manibus extrahit, et puncti- onibus beatae Virginis manus lacerantur; nec forte, ut pie credi potest, absque sanguine et suis digitis fluente. Decidit e Christi capite spino diademate extracto sanguis; fluit e manibus Virginis diadema extrahentis sanguis; miscetur filii sanguine Virginis sanguis, eodem diademate spino extractus, et valentium illud (*Osee 4*) impletur: *Sanguis sanguinem te- ligit*, dum matris sanguis filii sanguinem at- tigit. Quis ad lacrymas non moveatur, cum matrem regium diadema filio extrahentem contem- platur: nam mater ea lenitate, atque agili- tate coronam extrahere conabatur, ut in novas filii plagas, vel excoitationes spina revella non inferret: inflixos carni aculeos ita convellere curabat, ut inflictae plagas non dilataret, tra- nsmisque punctiones maiores non efficeret. Spa- dit etiam eruditus auctor Malonius de Christi stigmatibus (*cap. 19*), quod clavos, quos sine suo religiose exceperat, variis oculis lambuit; erant enim sanguine Christi intincti. Deinde variis oculis sacrum corpus exosulari cogit, adeo ut s. Germanus in suo, quod lege theoricæ fragmento dicit: *Maria Virgo posito Christo de cruce, osculata est os eius plus- quam mille vicibus; nec non osculatur benignum caput eius spinis coronatum, faciem eius lino- ribus plenam: osculabatur frontem, et collum, et mentum eius: osculabatur manus clavis per- foratas: osculabatur brachia, et pectus lancea perforatum: osculabatur pedes clavis perfos- sutos: et rigavit lacrymis universa eius vulne- ra, et plorans acerrime super singulis am- plabatur caput eius comprimens ad ubera sua.* S. autem Birgitta (*lib. 4. suar. revel.*) in per- sona Virginis ait: *Corpus eius de cruce depostum contingere potui, et vulnera explorare, et extergere sanguinem; deinde os eius digiti mei clausuram, et oculos pariter composui; brachia vero rigentia flectere non potui, ut de supra pe- ctus componerem, sed super ventrem. Ac tan- dem Melaphrastes (de *compass. Virgin.*) haec*

scribit: *Amoris indicia mater exhibuit erga charam sobolem, et membra illius amplexa est; partim quidem ulnis stringens, partim autem suis quoque lacrymis plagas emundans; deinde etiam toti corpori circumfusa. Ecce tibi ab omni sa- culo praefinitum mysterium, ad finem usque ve- nit o Domine, placida voce dicit: et Iosepho manu tenens syndonem: Tibi autem, inquit, deinceps erit cura, ut in hac eum honeste componas, myrrhaque pulchre condias, et iusta facias.*

Secundum pietatis officium, quod pia mater in filium exercuit, fuit acerbissimo dolore tur- pissimum eius mortem plangere. Magnitudinem huius doloris revelavit ipsa Deipara sanctae Birgittae (*lib. 2. revelat.*), metaphoram partu- rientis usurpans, in haec verba: *Qualem autem tristitiam haberem tum temporis, non est, qui valeat dicere: eram enim sicut mulier pariens, cuius omnia membra post partum tremula sunt. Unde Patres eadem metaphora utentes dicere consueverunt, beatissimam Virgineam do- lores, quos in filii partu effugit, eosdem in illius passione sustinuisse. Ita loquuntur Laurentius Iustinianus (*serm. de Pass. Domin. et libri de triumph. agon. cap. 21*), Cyprianus (*sermon. de nativ. Christ.*), Athanasius (*in descript. Mar. et Ioseph.*), Bernardus (*serm. 2. in vigili. Nativ.*), Damascenus (*lib. 4. de fide orthod. cap. 15*), et sermo Angelicus apud beatam Birgittam (*lect. 2. serm. 6*). Ex hoc autem acerbissimo dolore velut ex densissima nube tam copiosa lacrymarum pluvia per sacra Virginis lumina effluxit, ut divus Bernardus de planeta Virginis disserens haec scripserit: *Stabat ad corpus ex- tincti filii sui Mater Maria, lacrymis faciem rigans, ac per diversa torquebatur suspiria, frontemque, et genas, oculosque, et ora frequentius osculabatur ipsis; lacrymarumque tanta ubertas effluebat, ut carnem cum spiritu omnem in lacrymas dissolvi putares; haec ille. Sed quod mirabilius videri potest, illud est, tam immen- sum lacrymarum imbrem ex Virgineis oculis effluxisse, ut in nonnullis Ecclesiis virgineas lacrymas asservari affirmet Ioannes Baptista Si- gnus pietate, ac religione valde insignis, in libro, quem de reliquiis, et veneratione conscripsit. Immo etiam, quod valde singulare est, adest auctoritas beati Germani dicentis, beatae Virginem adeo amare flevisse, ut post uterum lacrymarum effusum imbrem, tan- dem sanguineas lacrymas fuderit. Ceterum quia beata Virgo cum summo dolore, quo animus eius conficiebatur, summam fortitudinem con- tingebat, non prohibebat illam amarissimus eius plancus tenerrima cum filio inire colloquia. Hic quoque fratres parumper sistamus, Virgineam matrem atque auscultantes, et ei velut dilectae sponsae clavorem vinculo coniun- gi, et unire de cruce deposuerim: non enim ab illa depositus crucem reliquisti, sed eam in aliam commulasti, dum ex brachiis illius ad brachia mea translatus es; solumque illud interest discernim, quod illa sunt brachia crucis mortuae; haec vero mea crucis vivae. Con- templans caput undique laceratum, ingenti do-**

lore confecta dicebat: O audaces spinae, quae caput Creatoris vestri immaniter transfixistis: non erat certe huius capiti spinea corona, sed aureum diadema variis gemmis distinctum ap- pendum. Conversa ad erentas manuum, et pedum plagas: O crudeles, aiebat, clavi, qui tortamalis manibus perforastis, quae collem, et terram fabricaverant. Ac tandem profundum lateris vulnus attente perspicentes, haec verba promebat: O peccatis sacri pellicanis, cuius san- guine filiorum sanantur ulcera: o salutaris spi- scina, in quam non semel, ut olim in anno, sed millies ad salutem recuperandam ingredi licet: o fons patens domui David in ablutio- nem peccatorum: o locupletissimum aerarium, cuius divitibus fideles ditantur: o sacra cisterna Bethelheimica, cuius aquam non minus avidi quam David sitiunt animae devotae: o pretio- sissimum vas, quod coelestis nectar sanguinis, ac divinum salutaris aquae ambrosiam conti- nuit; cuius virtute aqua baptismatis universa abstergit peccata. O mystica porta aurea, ad quam divitiae misericordiae elemosynam petentes mendici peccatores facile subveniunt. O sacra testamenti arca, in qua non virga Moy- sis, sed virga divina potentia: non virgae legis, sed sapientia Patris, qui illam condidit: non manna de coelo descendens, sed ipsa di- vinitatis dulcedo delitescit. O Aethna, ardentis- simae charitatis, et amoris flammae semper emittens: o putens aquarum viventium, quibus defatigati animi refrigerantur: o petra solidis- sima non Mosyca virga percussa, sed dirae lan- ceae ferro aperta, et ex qua largissima profu- xerunt non solum aquae, sed sanguinis undae ad purificanda corda, concupiscentiae ignem extinguendum, et steriles animas fecundandas, spiritaliumque eorum sitim extolendam. O my- steriosa arca Noe, in qua non octo animae, ut in illa, sed plusquam centum millia mil- lium salvae factae sunt. O mirabile coeli ostium, per quod qui intrant, pasca inveniunt. O sa- cro-sanctum refugium templum, ubi confugientes ea immunitate gaudent, ut ibi persistentes ab hostium incurso protegantur. O turris munis- sissima, in qua invenitur omnis armatura forti- tudinis ad diabolicas potestates expugnandas. O sancta sanctorum, in quod, non ut olim summo Pontifici solum, sed omnibus fidelibus in- gredi fas est. O inestimabile conciliium, in quo laet praefiosissima cordis Christi margari- ta. O cella vinaria, in quam sponsus dilectam introducit sponsum, ut divini amoris vivo il- lam inebriet. O paradisi ianna, non a flam- meo gladio introitum prohibente custodia, sed lanceae potius clave reserata, ut cunctis liber pateat aditus. O salutare vulnus, quod nostrum omnium vulnere medela, ac probatissimum antidotum esse agnosceris. O artificiosae can- cello, per quem divinus sponsus benevolo as- pectu prospicit animas. O sacer nide, in quo laetanter simplices columbae morantur: recipe me columbam tuam, non immemor, quod me invitaveris (*Cant. 2*): *Veni columba mea, veni in foraminibus petrae, in caverna maecriae.*

Porro cum beatissima Virgo prae doloris magnitudine, ac tenerimo compassionis affectu, non posset a sacris cum filio colloquiis se ab-



stinere; et quia quanto emortuum corpus amplius in gremio retinebat, tanto dolor acerbius, et lacrymarum imber uberior erat; ideo nobiles illi duo viri, Nicodemus, et Ioseph, nec non Ioannes, qui lateris vulneri assistebat, et Magdalena, quae ut solita erat pedum osculis vacabat, pretiosissimum corporis Christi pignus, quod totus Mariae thesaurus erat, et brachiis eius abstulerunt, et sindone involutum in novo sepulcro, quod a Calvariae loco centum, et octo pedibus distabat, ut refert Malonius de Christi Stigmatibus (cap. 10.) religiose collocarunt. Tunc vero videor mihi Virgineam audire in gratiarum actionem Nicodemo, Iosepho, et reliquis, qui in sepeliendo Christo inservierant, dixisse illud (2. Reg. 2): *Benedixit vos a Domino, quia fecistis misericordiam hanc cum Domino vestro, et sepelivistis eum.* Continuo autem, ut tradit divus Bernardus de planctu Virginis, coepit illa tanquam Ecclesiae catholicae Archimagistra, venerationem sacri illius sepulcri non verbis, sed factis nos edocere: sic enim ait: *Terminato sepulchrae officio sacrum saxum sepulcri materna complectebatur brachia, rigabant oculi, osculabantur labia, et totus gestus corporis inter sua praecordia absorbere videbatur sepulcrum.* Quamvis vero multi doctores putaverint, beatam Virgineam postea per triduum illud a sepulcro in solitario aliquem locum discessisse, ut dilecti filii mortem ab omni humano consortio segregata liberius plangeret; et quia Virgineam dedecere arbitrantur inter milites sepulcrum custodientes permississe; graves tamen auctores reperio asserentes a sepulcro immolam permansisse. Hi sunt Euthymius (in cap. 27. Matt.), Anonimus (orati. de vener. artu. et de educati. Mariae), prout habetur in Bibliis (serm. de Nativ. Mar.); nec non et Metaphrastes (de compass. Virg.), cuius haec sunt verba, digna profecto ut silentio non praeterantur: *Mater sola remansit sepulcro adherens, minime dormientibus oculis perseverans; nam altae quidem tota nocte ad sepulcrum ingressae sunt, et egressae. Quamobrem nec eis contigit videre plura miracula resurrectionis; illa autem, quae indivisa assidebat sepulcro, omnia vidit aperte, et non statim, sed postea protulit in lucem, et renunciavit. Nam quomodo simul terraemotum, et angeli in momento temporis descensum, et lapidis revolutionem, et custodum profundum soporem, et ex-perfectionem, et quorundam in urbem reversionem potuissent abeuntis mulieres, et rursus revertentes integre perspicere? Sed clarum est hoc fuisse materni, et ardentis amoris, quae perpetuo assidens, et acriori spiritu vigilans, omnia perfecte vidit, ut se habeant, quod ne tantillum quidem, ut diximus, a sepulcro recesserit, donec ipsam vivificam vidit resurrectionem. Nam lapis quidem revolutus, et angelus ei insidens ab aliis quoque visus est mulieribus. Quando autem, et quemadmodum haec facta sunt, illas quidem omnino nesciebant, ipsa vero sola, ulque assideret omnia accurate prospexit, cui cum filio eius sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.*

## HOMILIA XI.

*Quo pacto beata Virgo cruci adstant manus generi multum profuerit; et quatione intelligendi sint sancti Patres, palam asserentes, illam cooperatam fuisse ad redemptionem generis humani, cum tamen certum sit secundum fidem catholicam, solum Christum Dominum suo sanguine nos redemisse, luculenter enucleatur.*

Insignis theologus, ac irrefragabilis doctor noster Alexander de Ales in Psalterio beatae Virginis, opinatur Deiparam ad sinistram Christi, dum ille pendebat et cruce, stetit: quia dum in cruce vivus permansit, faciem tenebat conversam ad sinistram, hoc est ad aquilonem, ut significaret se orare pro peccatoribus, quos ad sinistram stantes, ad dexteram mutare satagebat: ideo pia mater, ut melius faciem dilecti filii intueri posset, ad sinistram se constituit. Adiungunt etiam alii doctores, propterea prophetam in persona Christi in cruce pendentis dixisse (Psal. 141): *Considerabam ad dexteram, et videbam, et non erat, qui cognosceret me, quia ibi non aderat Virgo: a quoquin si ibi adfuisset, non diceret, neminem illum agnoscere ex stantibus ad dexteram, cum beatissima Virgo et agnosceret, et ad maternum affectu gravi dolore sauciata, ei valde compateretur; a pictoribus vero maioris honoris gratia, quia dextera est honoratio, ad partem crucis dexteram depingi consuevit. Stabat ergo, iuxta sententiam Alexandri, ad sinistram partem crucis, tenerimmo affecta filio compatiens, et pro nobis orans; non tamen nos redimens, cum id proprium solius Christi munus esset: unde divus Ambrosius (lib. 10. epist. et lib. de Inst. Virg.) dixit: *Fortasse quia cognoscerat per filii mortem mundi redemptionem, aula regalis etiam sua morte putabat se aliquod adiutorium muneri; sed Iesus non egebat adiutore ad redemptionem omnium, qui omnes sine adiutore servavit, de quo David ante praedixerat: Factus sum sicut homo sine adiutorio: et Isaias: Circumspexi, et non erat auxiliator. Suscepit quidem affectum parentis, sed non quaesivit alterius auxilium. Hinc prima ratio dubitandi emergit circa sanctorum Patrum testimonium, asserentium, beatam Virgineam cooperatricem fuisse Christi in reparatione, et salvatione generis humani, quia videtur per hoc derogari dignitati, et excellentiae Christi Domini, qui per se ipsum solum perfectissimum fuit Redemptor, et Salvator generis humani; atque adeo ad redimendum, et salvandum illud non habuit matrem coadiutricem, maxime eo dicente per Isaiam (c. 63): *Torcular calcavi solus; unde divus Bonaventura (lib. 3. sentent. distinct. 3. quest. 2) praecipit evadendum, ne dum matris excellentiam amplatur, filii gloria minuatur, et sic magis provertatur, quae magis vellet extolli filium suum, quam se ipsam.* Secunda ratio dubitandi est,**

quia modus hic loquendi videtur convenire cum Haereticis: nam Lucas Oslander haereticus (lib. contra assert. Doct. Foren.) dixit de beata Virgine agens: *Non repugnabo, si quis eam dicat per hoc Canticum homines solvasse, ut ita candide, et citra calumniam intelligatur Maria posse dici servatricem.* Alii etiam haeretici ipsidum asseruerunt, teste divo Epiphonio (haeresi 78. et 79).

Ego certe, quae in hoc genere argumenti frequentissime apud sanctos Patres, et gravissimos doctores inveni, fideliter referam. Non semel legi apud illos beatam Virgineam fuisse coadiutricem, et cooperatricem Christi ad redemptionem generis humani; immo et causam nostrae salutis, necnon et reparatricem mundi, ac universalem etiam matrem, quae cum Christo spirituales filiorum sobolem, et maxime cum stabat iuxta crucem procreaverit. In primis Irenaeus (lib. contra Valentinum cap. 33) ait: *Sicut Eva inobediens facta est et sibi, et universo generi humano causa mortis; sic et Maria habens praedestinatum virum, tamen Virgo obediens, et sibi, et universo generi humano causa facta est salutis.*

D. Anselmus (de laudib. b. Virg. cap. 9) haec habet: *Pura sanctitas, et sanctissima puritas piissimi pectoris eius omnes creaturae puritatem, sicut sanctitatem transcendens, incomparabili subtilitate hoc promeruit, ut reparatrix perditis orbis dignissime fieret.* Quis autem non videat idem prorsus esse reparatrix, et redemptrix?

Divus Augustinus (sermon. de Assumpt.) inquit: *Haec primae matris damna resolvit, haec homini perditam redemptionem adduxit. Mater enim generis nostri poenam intulit mundo, Genitrix Domini nostri salutem edidit mundo. Auctrix peccati Eva, auctrix meriti Maria. Eva occidendo obfuit, Maria vivificando profuit: illa percussit, ista sanavit; et ibidem explicans illa verba: *Quia fecit mihi magna, qui potens est, haec scribit: Quae tibi magna fecit, Domina? quae gloriosa Virgo, ut beata dici merearis? Puto enim, immo veraciter credo, ut creatura e-deres Creatorem, famula Dominum generares: ut per te Deus mundum redimeret, per te illuminaret, per te ad vitam reduceret.**

Accedit d. Bernardus, qui nulla praecleara in hoc genere argumenti nobis contestata reliquit: nam (serm. de Assumpt. Virg.) ait: *Ad restorationem humani generis sufficere poterat solus Christus, sicut omnis sufficientia nostra ex ipso est. Sed bonum non erat nobis hominem esse saluum; congruum magis erat, ut adesset nostrae reparationi secus uterque, quorum corruptioni neuter defuisset: et (de verbis Apocal. Signum magnus) ait: Vehementer quidem nobis vir unus, et mulier una nocere: sed gratias Deo, per unum nihilominus virum, et unam foeminam omnia restantur: et (sermon. 89. alias sermon. de nativ. Mar.) haec scripsit: *De plenitudine eius accipimus universi, captivus redemptionem, etc.* Deinde ait: *Merito Domina, respiciunt in te oculi universae creaturae, in qua, et ex qua benignissima manus Dei quicquid creaverat recreavit.**

B. Amadaeus (de laud. Virg. homil. 7) haec CARTHAGENA de B. M. V. — Vol. II.

dicit: *Sicut in Eva omnes moriuntur, ita et in Maria omnes vivi facti sunt; et sicut Eva scelere fit mundi damnatio, ita fide Mariae facta est orbis reparatio.*

B. Andreas Cretensis aperitis verbis ipsidum conestatur (serm. de dormit. Virg.) dicens: *Sola praeter naturam fuit electa ad naturam renovandam.*

Divus Chrysostomus (homil. de interd. arbor. ab Adam): *Plane, inquit, restauratur per Mariam, quod per Eavam perierat.*

Sanctus Ephrem vocat Mariam, captivorum redemptionem, et omnium salutem.

B. Laurentius Instinianus (serm. de nativ. Mar.) inquit: *Quis Deum non honorat in Virgine, qui Virgineam Dei voluit fieri genitricem, reparatricem saeculi, lucem mundi?*

Sergius Hierosolymitanus (de nativ. Virg.) appellat eam, exynitricem tenebrarum, reparatricem Adae, recreatricem Ecae, immortalitatis fontem, corruptionis interitum.

B. Petrus Damascenus (serm. de Annunc.) loquens de Christi redemptione per mysterium incarnationis, ait: *In ipsa hoc totum faciendum decernitur, ut sicut sine illo nihil factum est, ita sine illa nihil refectum sit.*

D. Antonius similia docet (4. par. suae Theol. tit. 15. cap. 14. §. 3. in fin.), dum in persona Virginis ait: *Cum eo eram cuncta componens, scilicet recreando, quae per culpam destructa erant.*

Deinde apud b. Birgittam (lib. revel. cap. 33) quae a concilio Constantiensi, et variis Pontificibus sum receptae, haec verba habentur in persona Virginis: *Dolor Christi erat dolor meus, qui cor eius erat cor meum. Sicut enim Adam, et Eva venderunt mundum pro uno pomo; sic filius meus, et ego redimimus mundum quasi uno corde.*

Ad haec insignis auctor Lanspergius (homil. 48. de pass. Domini) in hunc modum loquitur: *Volens Christi matrem adesse sibi in doloribus, ut ex his oculis foris cerneret, intus animo vulneraretur; ut sic Christi passionis, et redemptionis quoque participes fieret, et cooperatrix.*

Eruditus auctor Bernardinus Bustensis (in fin. sui Mariae) inter alia epitheta, quibus beatam Virgineam commendat, haec apponit: *O vera nostrae salutis, o redemptrix universi, o recuperatrix perditis orbis, o renovatrix humanae naturae.*

Albertus Magnus (super Missus) hoc ipsum his verbis adstruit: *Hoc privilegium solum attribuitur Mariae, quia ipsa est auctrix redemptionis.*

Auctor Pomerii (sermon. de beat. Virg. lib. 11. par. 1. cap. 9) cuius titulus est, *Quod mundus salvatus est mediante Maria matre Dei;* haec verba habet ex sua, et Alberti Magni sententia: *Per Virgineam, et ipsa mediante mundus redemptus ex damnatione extitit, in sicut canit Ecclesia, foemina, id est, Eva damnata; ita foemina, id est, Maria salvavit. Proinde secundum Albertum super Missus est, hoc privilegium magnum soli attribuitur Mariae, quia ipsa est auctrix redemptionis humanae, et mediatrix.*

Doctissimus Salmeron (tom. 10. tract. 60) ait: *Ad haec mater cruci assistit, ut humani generis reparatio ruinae mundi congrueret. Ut enim rui-*



na ex eo est secula, quod mulier ad lignum scientiae boni, et mali accedens comedit, ac proinde mortua est, et viro tradidit in mortem ad edendum; ita hinc est e contrario: siquidem contraria contrariis curantur, vir primo de ligno amaro crucis gustavit, ac foeminae gustandum praebuit; et ut ubi a duobus, sed praecipue a viro casus mundi profectus est, ita salus, ac redemptio a duobus, sed praesertim a Christo profectur: nam quidquid habet virtutis Maria, a Christo accepit: atque hic auctor in aliis pene innumeris locis suorum operum hanc eandem doctrinam et docet, et illustrat, quae brevitatis gratia consulto praetero, ut ad alios doctores me conferam, qui expressis verbis eandem sententiam constentant; haec ille: sed ante illum hanc eandem doctrinam edocuit Clitoveus de doloribus beatae Virginis (cap. 11), ubi ait: Quocirca post vitam ipsa beata Mater dici iure potest in suo gradu redemptrix, atque reparatrix humani generis.

Magister Torres Ord. Praed. (in suis de clama. de cl. 3) dicit: Habuit partem beatissima Virgo optimam in opere salutis hominum; nam quamvis solus Deus operari ipsam posset, neque nostro indigeret adiutorio, quidquid enim per causas secundas facit, se solo potest operari, vel in hoc maxime nostram sublimavit naturam, talem se cum assumens adiutricem, cui post ipsum maxime deberemus. Et sicut partem habuit prudentissima Rebecca in benedictione Iacob: siquidem illi contulit vestes, quibus a patre illam obtinuit; ita haec sapientissima cunctarum viventium mater, et genitrix luctatoris illius, qui simul luctatoris, et viator erat, et simul Israel, et videns Deum vestem carnis conferendo, et habitum peccatricis naturae, et similitudinem carnis peccati, absque peccato lamen, quibus benedictionem nobis a Deo Patre impetravit, magnam partem habuit. Per ipsam benedixit nos Deus omni benedictione in caelestibus: et infra: Quae lingua, quae vox in tuis laudibus decantandis invenitur idonea? quae ad salutem nostram operandam assumpta es a Deo tanquam instrumentum, et causa, ut cum eo cuncta componeres: causa inquam non tantum efficiens, sed velut materialis, ex qua, ut vidimus, materiam carnis assumpsit Deus, in qua operaretur.

Deinde Innocentius III. dignitate Pontifex, et doctrina celebris (serm. 2. de Assumpt.) ait: Operabat ut sicut per foeminae mors intravit per orbem, et ita per foeminae vita rediret in orbem; et adeo quod damnata Eva, salvavit Maria, ut unde mors oriebatur, inde vita resurgeret.

Hinc rursus Patres apertissime etiam in eam assertionem conspirant, ut beata Virgo una cum Christo Domino magnam filiorum spiritualium sobolem procreaverit; praesertim tamen divus Augustinus (lib. de sanct. Trinit. cap. 7), ut refert Canisius (lib. 1. de Deip. cap. 1), adstruit Mariam corporalem simul, et spirituales Christi matrem esse: quia non modo caput ipsum, et Salvatore totius mystici corporis enixa est, sed et spiritum matrem se membrorum Christi praebuit, eo quod charitate maxime sit cooperata, ut fideles in Ecclesia nascerentur.

Tertullianus etiam de praescipulis haereticorum ait, omnem vere Christianum esse

Mariae filium. Divus Epiphanius contra Antidicomarianitas eleganter dixit: Ut omnis hominum generatio ex prima illa, quae primaviam nobilitatem inobediencia vitia, infeliciter exorta est; sic vera vita, qua Deum secundum spiritum vivimus, per alteram matrem Mariam vere obedientem, nobis perditis, quasi restituitur, dum haec ipsum vitae fontem, et auctorem Christum nobis exhibet. Vetus Eva fetus suos priusquam pareret extinxit; nova haec Eva non morientium, sed revertiscentium mater extitit.

Tandem si divus Paulus loquens de communi hominum salute, faletur se ad eam esse auctorem Dei (1. Cor. 3): Dei adiutores sumus; non ne potiori iure beata Virgo dici poterit adiutrix Dei ad salvandos homines? Prophecia etiam Abdias (cap. un.) nonne Apostolos vocat Salvatores: Accedent Salvatores in montem Sion? super quae verba Nicolaus de Lyra ait: Accedent Salvatores, id est Petrus, et Paulus, qui dicuntur Salvatores participative, eo quod sunt praecipui Apostoli, in montem Sion, id est, in Ecclesia, quae mons Sion dicitur. Si ergo in Apostolos convenit Salvatores esse participative, nemmo catholicus negabit in beatam Virginem excellentius convenire esse salvatricem, in eodem sensu scilicet participative, cum perfectius quam Apostoli cooperata fuerit ad salutem humani generis consequendam. Deinde nemo theologorum ignorat magnam discrimen esse inter salvare quoad sufficientiam, et quoad efficaciam. Certe omnis nostra sufficientia ad salutem ex Deo solo est, ut ait Apostolus; tamen quod efficaciter converlamur, et salvemur, non solum ex Deo, sed ex multis causis secundis solet dependere: tum ex libero arbitrio ab ipso Deo moto, et excitato, tum ex applicatione sacramentorum, tum ex evangelico praedicatoris, et prudenti confessore, tum ex sanctorum intercessione, tum saepe ex speciali beatissimae Virginis impetratione. Igitur omnes isti cooperantur cum Deo ad spirituale omnium salutem. Ac tandem quorum aures offendunt ex eo, quod Patres, et theologi asserant fuisse Virginem suo modo reparatricem mundi, aut coadiutricem Christi in redemptione generis humani, audiant praeter omnia dicta insignem illum virum doctrina, et sanctitate conspicuum Richelium (lib. 2. de laud. Virg. art. 9) dicentem: Si quando Maria mundi salvatrix dicitur, non id propter efficientiam, quia neque salutem, neque gratiam ipsa efficit; sed propter subventionem dici, quoniam apud Deum gratiam, ac felicitatem nobis praestat, atque procurat; haec ille. Audiant etiam magnam discrimen esse, in quo nonnulli sunt decepti, inter cooperari ad redemptionem generis humani, et redimere ipsum genus humanum. Sicut enim Paulus pecunias ex liberalitate, aut misericordiam donans Petro, ex quibus ille salisfacit creditor, veraciter dicitur cooperatus ad solutionem debiti; minime tamen dicitur ipsum formaliter solvisse: quia sicut solus Petrus erat debitor formaliter, ita ipse fuit formaliter solutor, et exercuit actum iustitiae, Petrus vero misericordiae aut liberalitatis. Sic in proposito, licet beata Virgo cooperata fuerit ad re-

demptionem generis humani, non solum meritis suis de congruo, et precibus, sed et prebendo Redemptori corpus, et sanguinem, qui redemit nos; non tamen ipsa redemit, sed Christus solus. Atque ex his omnibus abunde patet ad utramque rationem dubitandi supra propositam. Solum advertere oportet, ut recte adnotavit Franciscus Suarez (tom. 2. in 3. part. disput. 23. sect. 1), quod Haeretici illi, quorum meminit Epiphanius (haeresi 78. et 79), in eo errore erant, ut putarent beatam Virginem fuisse praecipuam salutis nostrae causam, vel per modum efficientiae, aut redemptionis, aut meriti de condigno; quod constat adversari, et pugnare cum fide catholica, a quo errore longe abest sententia sanctorum Patrum, dum beatam Virginem unanimi consensu contestantur coadiutricem, et cooperatricem cum Christo ad reparationem, et salutem generis humani. Sicut enim certum est, secundum fidem catholicam, Adamum exilisse totalem causam peccationis generis humani, ita ut si ipse non peccasset, quantumcumque Eva inobediens fuisset, genus humanum non periret, et nihilominus unanimes est omnium Catholicorum consensus et vox, Evam multum cooperatam fuisse ad perditionem generis humani, et ideo magis noceram quam matrem appellandam; sic etiam licet certum sit, secundum fidem catholicam, Christum solum fuisse redemptorem generis humani, id nihil prosum obstat, quominus b. Virgo Evae ex diametro opposita multum cooperata fuerit ad redemptionem generis humani. Quare quae in hoc genere argumenti dixi supra lib. 1. hom. 3. non aliter intelligi desidero, quam secundum sensum, quo illa intellexerunt sancti Patres a me hic et ibi relati; nec non gravissimi Theologiae me citati. Haec Catholicis damus.

Venio iam ad Haereticos vetusta quadam querimonia more suo munitantes, et obreptantes Ecclesiae catholicae, quod nonnulla epitheta Deiparae Mariae tribuat, et in eius laudem publice decantet, quae soli Christo Domino conveniant. Lutherus enim in postilla circa enarrationem Evangelii de festo natiuitatis Mariae ait: Coeque epistolam huc torserunt, quae divinae sapientiae tantum competit, ipsi scilicet Christo: hic enim ante saecula fuit. Quod autem Mariae Deiparae haec tribuitur, merum mendacium, et in Deum blasphemiam est. Petrus item pseudomartyr haereticus, ut auctor est illustris. card. Bellarminus, aiebat non posse ab impietate defendi, quod antiphona, Salve Regina, multa tribuat Mariae, quae soli Deo conveniant: nam Christus est proprie vita, ut habetur (Ioan. 14): Ego sum via, veritas, et vita. Acquatur igitur Maria Christo, dum appellatur vita. Deus etiam solus est, qui beatus fuit; quomodo igitur Maria nobis post hoc exilium Iesum ostendit, nisi quoque sit Deus, et beatos homines facere queat? Similis etiam fuit obiectio Iacobi Heberbrandi, qui in disputatione de semine Abrahae inquit: Turpissime errant Pontifici, dum dicunt Virgini haec tribuunt, quod sit fons misericordiae, et quod vitam aeternam tribuat. Verum haec considerans, apposite satis mihi videtur loquutus insignis auctor Timotheus presbyter Hierosolymitanus (o-

rat. de Proph. Simeon.), dum beatam Virginem appellavit, signum, cui contradicere, cum tot cavillorum tela haeretici in eam coniecerint. Ad illa tamen infringenda non oportet aliud dicere, quam id, quod gravissimus theologi respondens. In primis namque insignis auctor Petrus Canisius, ac de Virgine valde benemeritus (lib. 5. de Deip. cap. 12) ait: Quam vobis, ac praeposterus horum est metus, ne quod matri tradidimus, id filio adimamus: quoniam potius Matrem ob filium eisdem etiam nominibus honoramus; neque ut isti faciunt optinae, maximeque Matri excellentes titulos incidamus. Adeo verum est quod dixit Tertullianus libro contra Hermogenem, Haereticos ex more singula quaeque retorqueere; quod si christianum illum candorem, qui homines evangelicos deest, offerrent, si Scripturas consentanea sentirent, ac dicerent, theologiam regulam diligentius observarent, qua verissime traditur, nulla nomina proprie et per essentiam, sive per excellentiam divinis personis competere, quae secundario, ac minus participative, et secundum gratiam, aut per participationem sanctis attribuantur, est eadem semper nuncupatio. Et paulo inferius concludit: Igitur imperitos, et ridiculos esse necesse est, qui nudas Scripturae voces, ac phrases urgent mordicus, nullamque in verbo Dei distinctionem, vel quaedam interpretationem admittunt; ac demum incipere ferunt ea, quae de Deo et Christo scripta legimus, cum ad sanctorum alios, tum ad matrem Dei sanctissimum aliqua ex parte transferri. Idem etiam Canisius (eodem lib. cap. 11) alia haec argumenta satis consentanea in hunc modum ibidem scripsit: Quapropter illi, scilicet sancti Patres, ut radice, et fructum, sic matrem, et filium eisdem laudandi formalis saepe numero prosequuntur; et quae ad Christum maxime pertinent epitheta, eidem Mariae quoque compellere non verentur. Spectarunt certe veteres, atque suspexerunt augustam, et arctissimam illam coniunctionem, quae inter Christum, et ipsius matrem non solum ex parte carnis, sed etiam propter animarum, ac voluntatum consensionem intercessit; adeo ut nihil duobus illis, sive in terra, sive in caelis coniunctis tantum competat, ipsi scilicet Christo: hic enim ante saecula fuit. Quod autem Mariae Deiparae haec tribuitur, merum mendacium, et in Deum blasphemiam est. Petrus item pseudomartyr haereticus, ut auctor est illustris. card. Bellarminus, aiebat non posse ab impietate defendi, quod antiphona, Salve Regina, multa tribuat Mariae, quae soli Deo conveniant: nam Christus est proprie vita, ut habetur (Ioan. 14): Ego sum via, veritas, et vita. Acquatur igitur Maria Christo, dum appellatur vita. Deus etiam solus est, qui beatus fuit; quomodo igitur Maria nobis post hoc exilium Iesum ostendit, nisi quoque sit Deus, et beatos homines facere queat? Similis etiam fuit obiectio Iacobi Heberbrandi, qui in disputatione de semine Abrahae inquit: Turpissime errant Pontifici, dum dicunt Virgini haec tribuunt, quod sit fons misericordiae, et quod vitam aeternam tribuat. Verum haec considerans, apposite satis mihi videtur loquutus insignis auctor Timotheus presbyter Hierosolymitanus (o-



nium viventium vita spirituali. Sic enim Eva dicta est vita, voce enim hebraea vitam significat, quia mater futura erat omnium viventium vita animalium. Observat autem Epiphanius haeres. 78. Evam appellatam esse vitam, non quia ipsa per se tam insigni nomine digna esset; sed quia typus erat Mariae, quae vere vitam dici meretur, cum sit mater Christi, ac per hoc, omnium viventium.

Tandem ut alios omittam, Francisc. Suarez (in 3. part. tom. 2. disput. 23. sect. 1. con. 2), postquam dixerat beatam Virginem ad nostram salutem cooperatam fuisse, id explicat tribus modis, in haec verba: Primo merendo de congruo incarnationem; secundo orando, et petendo, et quamdiu fuit in vita, de congruo merendo nobis salutem; tertio concipiendo Christum nostrae salutis auctorem; et eisdem modis saepissime sancti Patres beatam Virginem attribuunt, quod nostrae fuerit salutis causa, praecipue Irenaeus (l. 3. c. 33), Anselmus (l. de laudibus Virginis c. 9), Fulgent sermones de laudibus Mariae ex parte salvatoris, ubi egregie opponit Mariam Evae, ut sicut haec fuit humani casus principium, ita illa fuit nostrae reparationis eorum, et causa; haec ille. Quibus omnibus duo addo. Primum est, quod cum duo munia maxime Dei propria sint, peccata remittere, et perditos homines salvare, haec tamen iuxta phrasim sacrae Scripturae hominibus tribuntur (Iacobi enim c. 5) legimus: Qui concertit fecerit peccatorem ab errore vitae suae, salvabit animam eius a morte; et per Ioannem (cap. 20): Quorum remisitis peccata, remittentur eis. Ecce salvare, et remittere tribuuntur Deo, et creaturis; sed aliter, et aliter: Deo tanquam

causae principali, et auctoritative: creaturis vero ministerialiter, et instrumentaliter. Quo etiam modo explicari debet, quod cum alioquin beatificare sit proprium Dei, nihilominus fideles precantur beatam Virginem in praecitata antiphona: *Salve Regina*, ut illos beatificet dicentes: *Et Iesum benedictum fructum ventris tui nobis post hoc exitum ostende*. Certe id convenit b. Virgini impetrative, Deo vero auctoritative. Ac tandem qui mirantur beatam Virginem dici coadiutricem Christi ad redemptionem generis humani, magis mirari debent quod in sacris Scripturis Moyses vocetur Deus Pharaonis (Exod. 7.): *Ego te constitui Deum Pharaonis*; cum tamen non nisi unus sit omnium Deus; et mirari etiam debent quod s. Gregorius Nazianz. (or. de Christi hypopant), et b. Damianus (ser. 2. de Nativ. b. Virg.) appellant Deam, intelligentes quidem esse Deam non per essentiam, sed per singularissimam prae omnibus participationem. Esichius etiam presbyter Hierosolymitanus, quod mirabilis videri poterit, non dubitat illam appellare, complementum Trinitatis; non quia intrinsece compleat Deum trinum, et unum, sed quia cum Deipara inter puras creaturas perfectissimum Dei opus sit, extrinsece complet Dei omnipotentiam, dum haec super omnia opera in illa mirifice effulget. Haec et similia, quae sancti Patres, et graves alii doctores ad Virginem commendandam sincere usurpant, pia, et sincera mente sunt interpretanda, et non in pravos sensus intorquenda, cum ab eorum mente longe illi sint alieni, et Virgini multum infensi, et ingrati; cui sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.

## DE SACRIS ARCANIS

## BEATAE VIRGINIS

IN MORTE, SEPULTURA, ET RESURRECTIONE

EIUS LATENTIBUS

## LIBER DECIMUSTERTIUS

## HOMILIA PRIMA

*Beatam Virginem Patres nonnulli dubitarunt mortem obiisse, sed vere mortuam fuisse, auctoritate, et ratione comprobatur; sed prius sit satis quaerentibus, quare b. Virginis ortum, et mortem, necnon heroica eius facinora, paucissimis exceptis, sacri evangelistae retulerint.*

Non unus, sed multorum querimoniam audio aegre ferentium quod in canonicis Scripturis nulla lexitur historia, Mariae ortum, gesta, et mortem eius adamussim enarrans. Mirum certe, inquit, est cur divina eloquia haec tanti momenti reticuerint. Meminit huius querimoniae perantiquus auctor Pomerii (serm. de b. Virg.) in haec verba: *Matthaeus cap. 1. scribens de Christi genealogia hoc solum dicit: Iacob genuit Ioseph virum Mariae, de qua natus est Iesus, qui vocatur Christus: putabam, dicere debuisse: Virum Mariae Ioseph, quam ex Anna uxore, et angelo nunciante, miraculose genuit, quae fuit virgo castissima, etc. Similiter et Lucas: Missus est, inquit, angelus ad Virginem, etc. non describit eius ortum, nec eius gesta, aut vitae seriem, aut praecleara sanctitatis opera, et sic de aliis evangelistis. Praeter hoc solum, quod conceptionem Filii Dei ex ea a Spiritu sancto factam describunt, et ea, quae ad id dumtaxat pertinere videntur, et ad id assumunt argumentum tale, obicientes, quia evangelistae Praecursoris ortum, parentumque dignitatem, vitae sanctitatem, arduaque, et praecleara eius gesta descriperunt, usque ad terminum vitae eius, et martyrium. Ergo multo magis hoc de matre Dei facere debeant, ad fidei, et morum adificationem. Videtur ergo, quod sacra Scriptura id*

*omittendo, sit diminuta. Ipse vero, ut huic objectioni satisfaciat, duplicem adhibet rationem, Primam, consulto a sacris evangelistis illa omnia omissa fuisse, ut sic fidelium devotio erga Deiparam magis excitaretur, avidius in dies inquirentes sacra eius gesta, vitam, et mortem, iuxta illud Ecclesiastici (cap. 24): Qui edunt me, adhuc esuriant: qui elucidunt me, vitam aeternam habebunt. Secundam reddit rationem, quia sanctitas vitae, et mortis b. Virginis, ex quo vera Dei genitrix fuit, ut ait d. Matthaes, De qua natus est Iesus, satis liquet. Unde nulla superesse poterat dubitandi ratio de eximia vitae, et mortis illius sanctitate: ad idque magis explicandum subdit haec verba: Praecursoris ortus, vita, et mors rationabiliter scripta sunt; Mariae autem miraculosa conceptio, et ortus gaudiosissimus, vita sanctissima, opera praecellentissima, et arduissima, atque mors pretiosissima, et gloriosissima idcirco scribi non debuerunt, quia certissima fide creditur inter fideles viros quidquid ad eius dignitatem, sanctitatem, et excellentiam pertinet, et per se notum est his, qui de Iesu integram habent fidem.*

Aliam tandem responsonem eidem querimoniae adhibuit nobilis auctor Michael Glyca in haec verba: *Hac de re satis est respondere, auctores evangeliorum Christi admirationem in carne admirantes, ad eius a terribis in coelum ascensionem pervenisse. At expers illa macula Domini nostri Iesu Christi mater, propterea atatem attigisse perhibetur, ut dicitur ille vir Andreas Cretensis antistes auctor est. Quapropter fieri non potuit, ut Virginis illius perpetua obdormitio evangelicae historiae insereretur, uti quae longo deinceps tempore, ut dicimus, acciderit. Praeterea scorsum peculiariter quodam libro, de ipsa nihil Christi discipuli memoriae prodiderunt, propterea quod in explicanda ipsius administratione occupati, magnopereque de una illa*